Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Annus Chri. 1369. usqs ad 86.

Henricus Abbas nonus.

Frater Henricus Gerspit electus in Abbatem fuit Anno Domini 1369. Uberlingensis.
Regnavit annos 17.
Obiit anno 1386. 22 Februario.
Emit diversa bona pro marcis 160.

S. Pontifex.

Gregorius Undecimus. sedit annos 7. m. 2. d. 27.
Urbanus 6. sedit annos 11. m. 6. d. 8.

Cæsar

Carolus 4tus Vir sobrietissimus. qui multas leges condidit, & etiamnum Carolinæ vocantur. Rexit feliciter et laudabiliter Romanum imperium annos 32.

Comes Tyrolis.

Rudolphus, Albertus, Leopoldus Austriaci.
Rudolphus iste 4tus ex æstu et itinere ardenti febre correptus primo anno post resignationem Margarethæ, Mediolani moritur anno ætatis suæ 26. Cuius corpus Viennam deportatum, sepultum e in crypta sub Choro apud S. Stephanum.

Annus Chri. 1386. usqs ad 99.

Berchtoldus Abbas Decimus.

Anno Domini 1386 in Abbatem Monasterii hujus electus est F. Bertholdus Musantus de Smina.
Præfuit Abbas Monrio annos 13.
Obiit anno 1399. 13 Octobris.
Emit diversa bona pro marcis 62.

S. Pontifex.

Bonifacius nonus. sedit annos 14. m. 11.

Cæsar

Wenceslaus Caroli 4 filius, qui cu patre regnavit annos 8. post obitum patris annos 22. Vir levis, imperio inutilis, patri totus dissimilis. bis captus et inclusus, tandem et ab Electoribus depositus.
Sub isto etiam exorta est hæresis Hussitarum.

Comes Tyrolis

Albertus cu Leopoldo, ~~qui licet~~ post obitum Rudolphi regiones partiti sint, tn Comitatum Tyrolensem, tanqm in medio positum, utrqs simul administrarunt, eiusqs beneficia, i. feuda, nunc ambo simul, nunc alterutet, suo et fratris nõe contulerunt.
Leopoldus iste 3tius, dictus Probus, Anno 1386 apud Oppidulum Sempach egregie inter primos pugnans ab Helvetiis occisus est, cuius corpus una cum Optimatibus in Monrio Campi Regii tumulatum est. Nomina Comitum, Baronum, Nobilium, Equitum cu Leopoldo occisorum Vide apud Decium lib. 4. fol. 32 dc.
Ex Virida, Barnabovis Ducis Mediolanensis filia, Leopoldus filios reliquit Guilelmum secundum, Ernestum 1m, Leopoldum 4tum, Fridericum 5tum. filiam Elisabetham pulchritudine insignem, & Henrico Goricia Comiti desponsa, ante nuptiarum diem obiit. Unidam et meminere filia eius Catharina, & sacris initiata fuerit.
Albertus 3tius, dictq cum trica moritur in arce Laxemburg Anno Dni 1400, cuius corpus sepultu Vienne ad S. Stephanum. Reliquit is unicu filium ex secunda coniuge Albertum 4tum.